

# VIRGILE, L'ÉNÉIDE

## Texte de la séance 1

Au Livre premier de l'**Énéide**, Junon veut arrêter Énée et les Troyens en route pour l'Italie. Elle obtient d'Éole qu'il suscite une tempête. Mais Neptune intervient et calme les éléments. Fort de l'appui de Jupiter et de Vénus, Énée parvient en Libye et découvre Carthage où règne Didon. Elle accueille les Troyens et tombe passionnément amoureuse du héros. Elle lui demande de faire le récit de ses aventures.

Le Livre II est consacré au récit de la chute de Troie et de la fuite d'Énée.

### LE CHEVAL DE TROIE (Livre II, vers 13-56 et 195-267)

Fracti bello fatisque repulsi ductores Danaum, tot iam labentibus annis, instar montis equum divina Palladis arte	15
aedificant, sectaque intexunt abiete costas; votum pro reditu simulant; ea fama vagatur. Huc delecta virum sortiti corpora furtim includunt caeco lateri penitusque cavernas	20
ingentibus uterumque armato milite complent. Est in conspectu Tenedos, notissima fama insula, dives opum Priami dum regna manebant, nunc tantum sinus et statio male fida carinis: huc se propecti deserto in litore condunt; nos abiisse rati et vento petiisse Mycenae.	25
Ergo omnis longo soluit se Teucra luctu; panduntur portae, iuvat ire et Dorica castra desertosque videre locos litusque relictum: hic Dolopum manus, hic saevus tendebat Achilles; classibus hic locus, hic acie certare solebant.	30

Pars stupet innuptae donum exitiale Minervae  
et molem mirantur equi; primusque Thymoetes  
duci intra muros hortatur et arce locari,  
sive dolo seu iam Troiae sic fata ferebant.

At Capys, et quorum melior sententia menti, 35  
aut pelago Danaum insidias suspectaque dona  
praecipitare iubent subiectisque urere flammis,  
aut terebrare cavas uteri et temptare latebras.  
Scinditur incertum studia in contraria volgus.

Primus ibi ante omneis magna comitante caterva 40  
Laocoon ardens summa decurrit ab arce,  
et procul « O miseri, quae tanta insania, cives?  
creditis avectos hostes? aut ulla putatis  
dona carere dolis Danaum? sic notus Ulixes?  
aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi, 45  
aut haec in nostros fabricata est machina muros,  
inspectura domos venturaque desuper urbi,  
aut aliquis latet error; equo ne credite, Teucri.  
quidquid id est, timeo Danaos et dona ferenteis. »

Sic fatus validis ingentem viribus hastam- 50  
in latus inque feri curvam compagibus alvum  
contorsit. Stetit illa tremens, uteroque recusso  
insonuere cavae gemitumque dedere cavernae.  
et, si fata deum, si mens non laeva fuisset,  
impulerat ferro Argolicas foedare latebras, 55  
Troiaque nunc staret, Priamique arx alta maneres.

*À ce moment, on amène devant Priam un jeune Grec, Sinon. Il prétend s'être réfugié chez les Troyens pour échapper à ses compatriotes qui, en le sacrifiant, voulaient obtenir un retour favorable dans leur patrie. Avec un art consommé de la duplicité, il parvient à apitoyer les Troyens et à les persuader d'introduire le cheval en leurs murs.*

Talibus insidiis periturique arte Sinonis 195  
credita res, captique dolis lacrimisque coactis  
quos neque Tydides nec Larisaeus Achilles,  
non anni domuere decem, non mille carinae.

Hic aliud maius miseris multoque tremendum  
 obicitur magis atque improvida pectora turbat. 200  
 Laocoon, ductus Neptuno sorte sacerdos,  
 sollemnis taurum ingentem mactabat ad aras.  
 Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta  
 (horresco referens) immensis orbibus angues  
 incumbunt pelago pariterque ad litora tendunt; 205  
 pectora quorum inter fluctus arrecta iubaeque  
 sanguineae superant undas, pars cetera pontum  
 pone legit sinuatque immensa volumine terga.  
 Fit sonitus spumante salo; iamque arva tenebant  
 ardenteisque oculos suffecti sanguine et igni 210  
 sibila lambebant linguis vibrantibus ora.  
 Diffugimus visu exsanguis. Illi agmine certo  
 Laocoonta petunt; et primum parva duorum  
 corpora natorum serpens amplexus uterque  
 implicat et miseros morsu depascitur artus; 215  
 post ipsum auxilio subeuntem ac tela ferentem  
 corripui spirisque ligant ingentibus; et iam  
 bis medium amplexi, bis collo squamea circum  
 terga dati superant capite et cervicibus altis.  
 Ille simul manibus tendit divellere nodos 220  
 perfusus sanie vittas atroque veneno,  
 clamores simul horrendos ad sidera tollit:  
 qualis mugitus, fugit cum saucius aram  
 taurus et incertam excussit cervice securim.  
 At gemini lapsu delubra ad summa dracones 225  
 effugiunt saevaeque petunt Tritonidis arcem,  
 sub pedibusque deae clipeique sub orbe teguntur.  
 Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis  
 insinuat pavor, et scelus expendisse merentem  
 Laocoonta ferunt, sacrum qui cuspide robur 230  
 laeserit et tergo sceleratam intorserit hastam.  
 Ducendum ad sedes simulacrum orandaque divae  
 numina conclamant.  
 Dividimus muros et moenia pandimus urbis.  
 accingunt omnes operi pedibusque rotarum 235

subiciunt lapsus, et stuppea vincula collo  
intendunt; scandit fatalis machina muros  
feta armis. pueri circum innuptaeque puellae  
sacra canunt funemque manu contingere gaudent;  
illa subit mediaeque minans inlabitur urbi. 240  
O patria, o divum domus Ilium et incluta bello  
moenia Dardanidum! quater ipso in limine portae  
substitit atque utero sonitum quater arma dedere;  
instamus tamen immemores caecique furore  
et monstrum infelix sacrata sistimus arce. 245  
Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris  
ora dei iussu non umquam credita Teucris.  
Nos delubra deum miseri, quibus ultimus esset  
ille dies, festa velamus fronde per urbem.  
Vertitur interea caelum et ruit Oceano nox 250  
involvens umbra magna terramque polumque  
Myrmidonumque dolos; fusi per moenia Teucris  
conticuere; sopor fessos complectitur artus.  
Et iam Argiva phalanx instructis navibus ibat  
a Tenedo tacitae per amica silentia lunae 255  
litora nota petens, flammam cum regia puppis  
extulerat, fatisque deum defensum iniquis  
inclusos utero Danaos et pinea furtim  
laxat claustra Sinon. Illos patefactus ad auras  
reddit equus laetique cava se robore promunt 260  
Thessandrus Sthenelusque duces et dirus Ulixes,  
demissum lapsi per funem, Acamasque Thoasque  
Pelidesque Neoptolemus primusque Machaon  
et Menelaus et ipse doli fabricator Epeos.  
Invadunt urbem somno vinoque sepultam; 265  
caeduntur vigiles, portisque patentibus omnis  
accipiunt socios atque agmina conscia iungunt.

# VIRGILE, L'ÉNÉIDE

## Texte de la séance 2

### LA FUITE D'ÉNÉE

(Livre II, vers 559-633, 679-702, 721-729, 776-791)

*Énée poursuit son récit : Troie a été prise, le palais de Priam dévasté et le roi égorgé par Pyrrhus, le fils d'Achille.*

At me tum primum saevus circumstetit horror.

Obstipui; subiit cari genitoris imago,

ut regem aequaeuum crudeli vulnere vidi 560

vitam exhalantem, subiit deserta Creusa

et direpta domus et parvi casus Iuli.

Respicio et quae sit me circum copia lustrō.

Deseruere omnes defessi, et corpora saltu

ad terram misere aut ignibus aegra dedere. 565

Iamque adeo super unus eram, cum limina Vestae

servantem et tacitam secreta in sede latentem

Tyndarida aspicio; dant claram incendia lucem

erranti passimque oculos per cuncta ferenti.

Illa sibi infestos eversa ob Pergama Teucros 570

et Danaum poenam et deserti coniugis iras

praemetuens, Troiae et patriae communis Erinys,

abdiderat sese atque aris invisā sedebat.

Exarsere ignes animo; subit ira cadentem

ulcisci patriam et sceleratas sumere poenas. 575

« Scilicet haec Spartam incolumis patriasque Mycenae

aspiciet, partoque ibit regina triumpho ?



*Hélène retrouve Ménélas. Cratère attique. Ve s. av J.C.*

coniugiumque domumque patris natosque videbit  
Iliadum turba et Phrygiis comitata ministris ?  
occiderit ferro Priamus? Troia arserit igni ? 580  
Dardanium totiens sudarit sanguine litus ?  
Non ita. Namque etsi nullum memorabile nomen  
feminea in poena est, habet haec victoria laudem;  
extinxisse nefas tamen et sumpsisse merentis  
laudabor poenas, animumque explesse iuvabit 585  
ultricis flammae et cineres satiassse meorum. »



*Kerstiaen de Keuninck, L'incendie de Troie, XVIIe s.*

Talia iactabam et furiata mente ferebar,  
 cum mihi se, non ante oculis tam clara, videndam  
 obtulit et pura per noctem in luce refulsit  
 alma parens, confessa deam qualisque videri 590  
 caelicolis et quanta solet, dextraque prehensum  
 continuit roseoque haec insuper addidit ore :  
 « Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras ?  
 quid furis? aut quonam nostri tibi cura recessit ?  
 Non prius aspicias ubi fessum aetate parentem 595  
 liqueris Anchisen, superet coniunxne Creusa  
 Ascaniusque puer ? quos omnes undique Graiae  
 circum errant acies et, ni mea cura resistat,  
 iam flammae tulerint inimicus et hauserit ensis.  
 non tibi Tyndaridis facies invisita Lacaenae 600  
 culpatusve Paris, divum inclementia, divum  
 has evertit opes sternitque a culmine Troiam.  
 Aspice (namque omnem, quae nunc obducta tuenti  
 mortales hebetat visus tibi et umida circum  
 caligat, nubem eripiam; tu ne qua parentis 605  
 iussa time neu praeceptis parere recusa) :  
 hic, ubi disiectas moles avulsaque saxis  
 saxa vides, mixtoque undantem pulvere fumum,  
 Neptunus muros magnoque emota tridenti  
 fundamenta quatit totamque a sedibus urbem 610  
 eruit. hic Iuno Scaeas saevissima portas  
 prima tenet sociumque furens a navibus agmen  
 ferro accincta vocat.  
 Iam summas arces Tritonia, respice, Pallas  
 insedit nimbo effulgens et Gorgone saeva. 615  
 Ipse pater Danais animos virisque secundas  
 sufficit, ipse deos in Dardana suscitatur arma.  
 Eripe, nate, fugam finemque impone labori;  
 nusquam abero et tutum patrio te limine sistam. »

Dixerat et spissis noctis se condidit umbris. 620  
Apparent dirae facies inimicaque Troiae  
numina magna deum.

Tum vero omne mihi visum considerare in ignis  
Ilium et ex imo verti Neptunia Troia.  
Ac veluti summis antiquam in montibus ornum 625  
cum ferro accisam crebrisque bipennibus instant  
eruerere agricolae certatim, illa usque minatur  
et tremefacta comam concusso vertice nutat,  
vulneribus donec paulatim evicta supremum  
congemit traxitque iugis avulsa ruinam. 630

Descendo ac ducente deo flammam inter et hostis  
expedior : dant tela locum flammaeque recedunt.

*Énée retourne alors dans sa demeure pour chercher son père. Comme celui-ci refuse de fuir, Énée décide d'aller se battre, malgré les supplications de sa femme Créuse qui, tendant le petit Iule à son père, veut le retenir. Mais un phénomène étrange se produit.*

Talia vociferans gemitu tectum omne replebat,  
cum subitum dictuque oritur mirabile monstrum.  
Namque manus inter maestorumque ora parentum 680  
ecce levis summo de vertice visus Iuli  
fundere lumen apex, tactuque innoxia mollis  
lambere flamma comas et circum tempora pasci.  
Nos pavidi trepidare metu crinemque flagrantem  
excutere et sanctos restinguere fontibus ignis. 685

At pater Anchises oculos ad sidera laetus  
extulit et caelo palmas cum voce tetendit :  
« Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris ullis,  
aspice nos, hoc tantum, et si pietate meremur,  
da deinde auxilium, pater, atque haec omina firma. » 690


Vix ea fatus erat senior, subitoque fragore  
intonuit laevum, et de caelo lapsa per umbras  
stella facem ducens multa cum luce cucurrit.  
Illam summa super labentem culmina tecti



cernimus Idaea claram se condere silva 695  
 signantemque vias; tum longo limite sulcus  
 dat lucem et late circum loca sulphure fumant.  
 Hic vero victus genitor se tollit ad auras  
 adfaturque deos et sanctum sidus adorat.  
 « Iam iam nulla mora est; sequor et qua ducitis adsum, 700  
 di patrii; servate domum, servate nepotem.

*Énée donne ses instructions pour la fuite : il portera son père sur ses épaules, Iule les accompagnera et Créuse suivra sans les perdre de vue.*

Haec fatus latos umeros subiectaque colla 720  
 veste super fulvique insternor pelle leonis,  
 succedoque oneri; dextrae se parvus Iulus  
 implicuit sequiturque patrem non passibus aequis;  
 pone subit coniunx. Ferimur per opaca locorum,  
 et me, quem dudum non ulla iniecta movebant 725  
 tela neque adverso glomerati examine Grai,  
 nunc omnes terrent aerae, sonus excitat omnis  
 suspensum et pariter comitique onerique timentem.



Raphaël, *Stanza dell'Incendio di Borgo*, (détail) fresque Vatican, 1514

*Dans leur fuite précipitée, Créuse disparaît. Énée revient sur ses pas pour la chercher, en vain. Ce n'est que le fantôme de la jeune femme qui lui répond :*

« Quid tantum insano iuvat indulgere dolori, 775  
o dulcis coniunx ? Non haec sine numine divum  
eveniunt; nec te comitem hinc portare Creusam  
fas, aut ille sinit superi regnator Olympi.  
Longa tibi exsilia et vastum maris aequor arandum,  
et terram Hesperiam venies, ubi Lydius arva 780  
inter opima virum leni fluit agmine Thybris.  
Illic res laetae regnumque et regia coniunx  
parta tibi; lacrimas dilectae pelle Creusae.  
Non ego Myrmidonum sedes Dolopumue superbas  
aspiciam aut Graias servitum matribus ibo, 785  
Dardanis et divae Veneris nurus;  
sed me magna deum genetrix his detinet oris.  
Iamque vale et nati serva communis amorem. »  
Haec ubi dicta dedit, lacrimantem et multa volentem  
dicere deseruit, tenuisque recessit in auras. 790

# VIRGILE, L'ÉNÉIDE

## Texte de la séance 3

### LES DIEUX ET LES HOMMES

#### L'INCENDIE DES VAISSEAUX. MORT DU PILOTE PALINURE

*(Énéide, Livre V, vers 604-622, 630-699, 830-871)*

*Au livre III, Énée poursuit son récit devant Didon : la flotte troyenne passe par la Thrace, Délos, la Crète et la côte occidentale de la Grèce. Elle échappe au Cyclope, après être parvenue en Sicile, où meurt Anchise.*

*Le livre IV nous ramène à Carthage. Il est consacré à l'amour de Didon pour Énée et à la fin tragique de la reine.*

*Le Livre V décrit les jeux funèbres en l'honneur d'Anchise organisés en Sicile où sont revenus les Troyens après leur départ de Carthage. Mais un grave incident, provoqué par Junon, va changer le cours des événements.*

Hinc primum Fortuna fidem mutata novavit.

Dum variis tumulo referunt sollemnia ludis,

Irim de caelo misit Saturnia Iuno

605

Iliacam ad classem ventosque aspirat eunti,

multa movens necdum antiquum saturata dolorem.

Illa viam celerans per mille coloribus arcum

nulli visa cito decurrit tramite virgo.

Conspicit ingentem concursum et litora lustrat

610

desertosque videt portus classemque relictam.

At procul in sola secretae Troades acta

amissum Anchisen flebant, cunctaeque profundum  
 pontum aspectabant flentes. Heu tot vada fessis  
 et tantum superesse maris, vox omnibus una ; 615  
 urbem orant, taedet pelagi perferre laborem.  
 Ergo inter medias sese haud ignara nocendi  
 conicit et faciemque deae vestemque reponit ;  
 fit Beroe, Tmarii coniunx longaeva Dorycli,  
 cui genus et quondam nomen natiue fuissent, 620  
 ac sic Dardanidum mediam se matribus infert.

*Par un discours chargé d'émotion, la fausse Béroé persuade les femmes, lasses de leurs errances, de tout faire pour demeurer en Sicile où Énée pourra fonder une nouvelle Troie.*

Hic Erycis fines fraterni atque hospes Acestes :  
 quis prohibet muros iacere et dare civibus urbem ? 630  
 O patria et rapti nequiquam ex hoste penates,  
 nullane iam Troiae dicentur moenia ? nusquam  
 Hectoreos amnis, Xanthum et Simoenta, videbo ?  
 Quin agite et mecum infaustas exurite puppis.  
 Nam mihi Cassandrae per somnum vatis imago 635  
 ardentis dare visa faces: "Hic quaerite Troiam ;  
 hic domus est" inquit "vobis." Iam tempus agi res,  
 nec tantis mora prodigiis. En quattuor arae  
 Neptuno; deus ipse faces animumque ministrat. »  
 Haec memorans prima infensum vi corripit ignem 640  
 sublataque procul dextra conixa coruscat  
 et iacit. Arrectae mentes stupefactaque corda  
 Iliadum. Hic una e multis, quae maxima natu,  
 Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrix :  
 « Non Beroe vobis, non haec Rhoeteia, matres, 645  
 est Dorycli coniunx; divini signa decoris  
 ardentisque notate oculos, qui spiritus illi,  
 qui vultus vocisque sonus vel gressus eunti.  
 Ipsa egomet dudum Beroen digressa reliqui

aegram, indignantem tali quod sola careret 650  
 munere nec meritos Anchisae inferret honores. »  
 Haec effata.  
 At matres primo ancipites oculisque malignis  
 ambiguae spectare rates miserum inter amorem  
 praesentis terrae fatisque vocantia regna, 655  
 cum dea se paribus per caelum sustulit alis  
 ingentemque fuga secuit sub nubibus arcum.  
 Tum vero attonitae monstris actaeque furore  
 conclamant, rapiuntque focus penetralibus ignem,  
 pars spoliant aras, frondem ac virgulta facesque 660  
 coniciunt. furit immissis Volcanus habenis  
 transtra per et remos et pictas abiete puppis.  
 Nuntius Anchisae ad tumulum cuneosque theatri  
 incensas perfert navis Eumelus, et ipsi  
 respiciunt atram in nimbo volitare favillam. 665  
 Primus et Ascanius, cursus ut laetus equestris  
 ducebat, sic acer equo turbata petivit  
 castra, nec exanimes possunt retinere magistri.  
 « Quis furor iste novus ? quo nunc, quo tenditis » inquit,  
 « heu miserae cives ? non hostem inimicaque castra 670  
 Argiium, vestras spes uritis. En, ego vester  
 Ascanius ! »—Galeam ante pedes proiecit inanem,  
 qua ludo indutus belli simulacra ciebat.  
 Accelerat simul Aeneas, simul agmina Teucrum  
 ast illae diversa metu per litora passim 675  
 diffugiunt, silvasque et sicubi concava furtim  
 saxa petunt; piget incepti lucisque, suosque  
 mutatae agnoscunt excussa que pectore Iuno est.  
 Sed non idcirco flamma atque incendia viris  
 indomitas posuere; udo sub robore vivit 680  
 stuppa vomens tardum fumum, lentusque carinas  
 est vapor et toto descendit corpore pestis,

nec vires heroum infusaque flumina prosunt.  
 Tum pius Aeneas umeris abscindere vestem  
 auxilioque vocare deos et tendere palmas : 685  
 « Iuppiter omnipotens, si nondum exosus ad unum  
 Troianos, si quid pietas antiqua labores  
 respicit humanos, da flammam evadere classi  
 nunc, pater, et tenuis Teucrum res eripe leto.  
 Vel tu, quod superest, infesto fulmine morti, 690  
 si mereor, demitte tuaque hic obrue dextra. »  
 Vix haec ediderat cum effusis imbribus atra  
 tempestas sine more furit tonitruque tremescunt  
 ardua terrarum et campi; ruit aethere toto  
 turbidus imber aqua densisque nigerrimus Austris, 695  
 implenturque super puppes, semusta madescunt  
 robora, restinctus donec vapor omnis et omnes  
 quattuor amissis servatae a peste carinae.

*Énée décide alors de laisser en Sicile les Troyennes et les Troyens qui le désirent. Il y fonderont une ville nouvelle. Lui-même, avec ses troupes les plus vaillantes, part pour l'Italie où, d'après son père apparu en songe, il rencontrera la Sybille de Cumes qui lui ouvrira les portes du séjour des morts. Mais, durant le traversée, survient un accident, provoqué par un dieu.*

Una omnes fecere pedem pariterque sinistros, 830  
 nunc dextros solvere sinus; una ardua torquent  
 cornua detorquentque; ferunt sua flamina classem.  
 Princeps ante omnis densum Palinurus agebat  
 agmen; ad hunc alii cursum contendere iussi.  
 Iamque fere mediam caeli Nox umida metam 835  
 contigerat, placida laxabant membra quiete  
 sub remis fusi per dura sedilia nautae,  
 cum levis aetheriis delapsus Somnus ab astris  
 aera dimovit tenebrosum et dispulit umbras,  
 te, Palinure, petens, tibi somnia tristia portans 840  
 insonti; puppique deus consedit in alta

Phorbanti similis funditque has ore loquelas :  
« Iaside Palinure, ferunt ipsa aequora classem,  
aequatae spirant aerae, datur hora quieti.  
Pone caput fessosque oculos furare labori. 845  
Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo. »  
Cui vix attollens Palinurus lumina fatur :  
« Mene salis placidi vultum fluctusque quietos  
ignorare iubet ? mene huic confidere monstro ?  
Aenean credam (quid enim ?) fallacibus auris 850  
et caeli totiens deceptus fraude sereni ? »  
Talia dicta dabat, clavumque adfixus et haerens  
nusquam amittebat oculosque sub astra tenebat.  
Ecce deus ramum Lethaeo rore madentem  
vique soporatum Stygia super utraque quassat 855  
tempora, cunctantique natantia lumina solvit.  
Vix primos inopina quies laxaverat artus,  
et super incumbens cum puppis parte revulsa  
cumque gubernaculo liquidas proiecit in undas  
praecipitem ac socios nequiquam saepe vocantem ; 860  
ipse volans tenuis se sustulit ales ad auras.  
Currit iter tutum non setius aequore classis  
promissisque patris Neptuni interrita fertur.  
Iamque adeo scopulos Sirenum advecta subibat,  
difficilis quondam multorumque ossibus albos 865  
(tum rauca adsiduo longe saepe saxa sonabant),  
cum pater amisso fluitantem errare magistro  
sensit, et ipse ratem nocturnis rexit in undis  
multa gemens casuque animum concussus amici :  
« O nimium caelo et pelago confise sereno, 870  
nudus in ignota, Palinure, iacebis harena. »

# VIRGILE, L'ÉNÉIDE

## Texte de la séance 4

### LA DESCENTE AUX ENFERS

*(Livre VI, vers 255-316, 417-444, 638-665)*

*Énée, après la mort de Palinure, a pris la direction de la flotte. Il aborde enfin en Italie sur le rivage de Cumès. Pendant que ses compagnons s'installent et reconnaissent le pays, il gravit la montagne où se dresse une statue d'Apollon et va consulter la Sibylle.*

Dans l'immense flanc de la roche euboïque est creusé un antre, où conduisent cent larges accès, cent portes, d'où surgissent autant de voix, les On était arrivé au seuil, lorsque la vierge déclara : "C'est le moment d'interroger les destins; le dieu, voici le dieu !" Pendant qu'elle parlait ainsi devant les portes, subitement ses traits et son teint se décomposent, ses cheveux se dénouent; mais sa poitrine se fait haletante, son cœur sauvage se gonfle de rage, et elle apparaît plus grande; sa voix n'est plus d'une mortelle, quand l'atteint le souffle puissant du dieu maintenant tout proche. "Tu tardes à faire tes vœux et tes prières, Énée de Troie ? Tu tardes ? Mais sans cela les grandes bouches de la demeure frappée d'épouvante ne s'ouvriraient pas". Sur ce, elle se tut. Un frisson glacé parcourt jusqu'aux os les membres des durs Teucères et, du fond de sa poitrine, le roi exhale cette prière. (...)

Mais, dans son antre, ne subissant pas encore de Phébus l'immense emprise, la prêtresse s'agite, comme si elle pouvait secouer de sa poitrine le grand dieu, qui de plus belle harcèle sa bouche écumante, dompte son cœur farouche, et la maîtrise en la pressant. Et déjà les cent immenses portes de sa demeure se sont ouvertes d'elles-mêmes et transmettent à travers les airs les réponses de la prophétesse : "Ô toi qui as enfin triomphé des grands périls de la mer (des dangers plus graves t'attendent sur terre), les Dardanides parviendront au royaume de Lavinium (ôte ce souci de ton cœur), mais ils souhaiteront aussi n'y être pas venus. Je vois des guerres, d'horribles guerres, et le Thybris écumant d'un sang abondant.



Ni le Simois, ni le Xanthe, ni le camp des Doriens ne manqueront; déjà, né lui aussi d'une déesse, un nouvel Achille est né pour le Latium, et Junon acharnée contre les Troyens ne sera jamais bien éloignée, tandis que toi, dans ta détresse, tu iras en suppliant solliciter tant de nations d'Italie, ou tant de cités ! La cause d'un si grand malheur pour les Teucères, ce sera à nouveau une épouse étrangère, à nouveau, un mariage exotique. Toi, ne cède pas devant les malheurs, mais, au contraire, avec plus d'audace pars sur la route que te permettra la Fortune. La première voie du salut (ce que tu imagines très peu) te sera ouverte grâce à une ville grecque". C'est en ces termes sortant du sanctuaire que la Sibylle de Cumès chante d'effroyables secrets et mugit ses réponses dans son antre, enrobant le vrai d'obscurités : contre cette femme en fureur, Apollon agite ces freins, retournant les aiguillons dans son cœur. Une fois sa fureur retombée et la rage de sa bouche apaisée, le héros Énée commence : "Aucune de mes épreuves, ô vierge, ne surgit devant moi, sous un aspect nouveau ou inattendu; j'ai tout prévu, et j'ai d'avance tout accompli en pensée. Je ne demande qu'une chose : puisque voici, dit-on, la porte du roi des Enfers et le marais ténébreux où reflue l'Achéron, que l'on me permette d'approcher mon père et de contempler son cher visage; montre-moi la voie, et ouvre-moi les portes sacrées » (VI, 42-55, 77-109)



Michel-Ange, *La Sibylle de Cumès*, Chapelle Sixtine

Ecce autem primi sub limina solis et ortus 255  
sub pedibus mugire solum et iuga coepta moveri  
silvarum, visaeque canes ululare per umbram  
adventante dea. « Procul, o procul este, profani, »  
conclamat vates, « totoque absistite luco ;  
tuque invade viam vaginaque eripe ferrum : 260  
nunc animis opus, Aenea, nunc pectore firmo. »  
Tantum effata furens antro se immisit aperto;  
ille ducem haud timidis vadentem passibus aequat.

Di, quibus imperium est animarum, umbraeque silentes  
et Chaos et Phlegethon, loca nocte tacentia late, 265  
sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro  
pandere res alta terra et caligine mersas.

Ibant obscuri sola sub nocte per umbram  
perque domos Ditis vacuas et inania regna :  
quale per incertam lunam sub luce maligna 270  
est iter in silvis, ubi caelum condidit umbra  
Iuppiter, et rebus nox abstulit atra colorem.  
Vestibulum ante ipsum primisque in faucibus Orci  
Luctus et ultrices posuere cubilia Curae,  
pallentesque habitant Morbi tristisque Senectus, 275  
et Metus et malesuada Fames ac turpis Egestas,  
terribiles visu formae, Letumque Labosque;  
tum consanguineus Leti Sopor et mala mentis  
Gaudia, mortiferumque adverso in limine Bellum,  
ferrique Eumenidum thalami et Discordia demens 280  
vipereum crinem vittis innexa cruentis.

In medio ramos annosaque bracchia pandit  
ulmus opaca, ingens, quam sedem Somnia vulgo  
vana tenere ferunt, foliisque sub omnibus haerent.  
Multaque praeterea variarum monstra ferarum 285  
Centauri in foribus stabulant Scyllaeque biformes  
et centumgeminus Briareus ac belua Lerna

horrendum stridens, flammisque armata Chimaera,  
 Gorgones Harpyiaequae et forma tricorporis umbrae.  
 Corripit hic subita trepidus formidine ferrum 290  
 Aeneas strictamque aciem venientibus offert,  
 et ni docta comes tenues sine corpore vitas  
 admoneat volitare cava sub imagine formae,  
 inruat et frustra ferro diverberet umbras.

Hinc via Tartarei quae fert Acherontis ad undas. 295  
 Turbidus hic caeno vastaque voragine gurgis  
 aestuat atque omnem Coccyto eructat harenam.  
 Portitor has horrendus aquas et flumina servat  
 terribili squalore Charon, cui plurima mento  
 canities inculta iacet, stant lumina flamma, 300  
 sordidus ex umeris nodo dependet amictus.  
 Ipse ratem conto subigit velisque ministrat  
 et ferruginea subvectat corpora cumba,  
 iam senior, sed cruda deo viridisque senectus.

Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat, 305  
 matres atque viri defunctaque corpora vita  
 magnanimum heroum, pueri innuptaeque puellae,  
 impositique rogis iuvenes ante ora parentum :  
 quam multa in silvis autumnis frigore primo  
 lapsa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto 310  
 quam multae glomerantur aves, ubi frigidus annus  
 trans pontum fugat et terris immittit apricis.  
 Stabant orantes primi transmittere cursum  
 tendebantque manus ripae ulterioris amore.

Navita sed tristis nunc hos nunc accipit illos, 315  
 ast alios longe summos arcet harena.

*C'est là qu'ils rencontrent le pilote Palinure qui erre, parce qu'il n'a pas reçu de sépulture. La Sibylle lui révèle que ses mânes seront un jour apaisés par les soins des Italiotes. Charon fait traverser le Coccyte à Énée et à la prophétesse. La barque, qui, sous le poids d'un vivant fait eau de toutes parts, atteint enfin la rive où veille Cerbère.*



Vincenzo Camuccini, *Enée, Charon et la Sibylle*, vers 1790

Cerberus haec ingens latratu regna trifauci 417  
personat adverso recubans immanis in antro.  
Cui vates horrere videns iam colla colubris  
melle soporatam et medicatis frugibus offam 420  
obicit. Ille fame rabida tria guttura pandens  
corripit obiectam, atque immania terga resolvit  
fusus humi totoque ingens extenditur antro.  
Occupat Aeneas aditum custode sepulto  
evaditque celer ripam inremeabilis undae. 425  
Continuo auditae voces vagitus et ingens  
infantumque animae flentes, in limine primo  
quos dulcis vitae exsortis et ab ubere raptos  
abstulit atra dies et funere mersit acerbo;  
hos iuxta falso damnati crimine mortis. 430

Nec vero hae sine sorte datae, sine iudice, sedes :  
 quaesitor Minos urnam movet; ille silentum  
 consiliumque vocat vitasque et crimina discit.  
 Proxima deinde tenent maesti loca, qui sibi letum  
 insontes peperere manu lucemque perosi 435  
 proiecere animas. Quam vellent aethere in alto  
 nunc et pauperiem et duros perferre labores !  
 Fas obstat, tristisque palus inamabilis undae  
 alligat et novies Styx interfusa coercet.  
 Nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem 440  
 Lugentes campi; sic illos nomine dicunt.  
 Hic quos durus amor crudeli tabe peredit  
 secreti celant calles et myrtea circum  
 silva tegit; curae non ipsa in morte relinquunt.

*Dans les Champs des Pleurs, Énée rencontre Didon qui répond à ses propos par un silence méprisant. Il y retrouve aussi les guerriers troyens et grecs tombés au combat. Il parvient alors à la porte du Tartare :*

Énée se retourne soudain, et au pied de la roche, sur la gauche, aperçoit de larges remparts entourés d'un triple mur; un fleuve torrentueux les entoure de ses flammes ardentes, le Phlégéthon du Tartare, tout bruyant des pierres qu'il charrie. Devant eux se dresse une porte énorme, aux solides colonnes d'acier; aucune force humaine, et même les habitants du ciel, en guerre, ne réussiraient pas à les détruire; une tour de fer s'élève dans le ciel, et Tisiphone, avec sa robe retroussée toute tachée de sang, est assise, gardant l'entrée, sans fermer l'oeil, ni la nuit, ni le jour. On entend monter de là gémissements et cruels claquements de fouets, et aussi le grincement du fer des chaînes que l'on traîne. Énée s'arrêta, et, effrayé, s'emplit les oreilles de ce vacarme. "De quels crimes s'agit-il ? Parle, ô vierge; quelles peines les accablent ? Quelles sont ces lamentations si fortes qui montent dans les airs ?" Alors la prophétesse se mit à parler : "Illustre chef des Teucères, nul être innocent ne peut fouler ce seuil scélérat; mais Hécate, lorsqu'elle me préposa aux bois de l'Averne, m'instruisit des châtiments divins, et me fit tout visiter. Rhadamanthe de Cnosse règne sur ces royaumes impitoyables; il châtie, instruit les crimes cachés et pousse aux

aveux ceux qui, heu- reu d'avoir commis un crime resté impuni sur terre, ont reporté à une mort lointaine l'expiation requise pour leur forfait. Aussitôt, Tisiphone, munie de son fouet, se venge des coupables, les piétine et les frappe; brandissant en sa main gauche des serpents menaçants, elle appelle la troupe cruelle de ses soeurs. Alors enfin, en un horrible grincement de leurs gonds, les portes sacrées s'ouvrent. Tu connais l'aspect de la sentinelle qui siège dans le vestibule, qui surveille le seuil ? Une hydre immense, pourvue de cinquante gueules noires, monstre plus cruel encore, siège à l'intérieur. Alors, c'est le vrai Tartare, qui s'ouvre et s'enfonce sous les ombres à une profondeur, deux fois égale à la hauteur où nous voyons le ciel près de l'Olympe éthéré." (546-579)

*Poursuivant leur route, Énée et la Sibylle parviennent enfin au séjour des Bienheureux.*

Devenere locos laetos et amoena virecta fortunatorum nemorum sedesque beatas.	638
Largior hic campos aether et lumine vestit purpureo ; solemque suum, sua sidera norunt.	640
Pars in gramineis exercent membra palaestris, contendunt ludo et fulva luctantur harena; pars pedibus plaudunt choreas et carmina dicunt.	
Nec non Threicius longa cum veste sacerdos obloquitur numeris septem discrimina vocum, iamque eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.	645
Hic genus antiquum Teucris, pulcherrima proles, magnanimi heroes nati melioribus annis, Ilusque Assaracusque et Troiae Dardanus auctor.	650
Arma procul currusque virum miratur inanes; stant terra defixae hastae passimque soluti per campum pascuntur equi. Quae gratia currum armorumque fuit vivis, quae cura nitentes pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.	655
Conspicit, ecce, alios dextra laeva- que per herbam vescentes laetumque choro paeana canentis inter odoratum lauri nemus, unde superne	

plurimus Eridani per silvam volvitur amnis.  
 Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi,                   660  
 quique sacerdotes casti, dum vita manebat,  
 quique pii vates et Phoebus digna locuti,  
 inventas aut qui vitam excoluere per artes  
 quique sui memores aliquos fecere merendo :  
 omnibus his nivea cinguntur tempora vitta.                   665

*Au bord du Léthé, Énée retrouve enfin son père Anchise qui lui montre les âmes voltigeant pendant mille ans autour des eaux du Léthé, avant d'en boire l'eau et s'en retourner purifiées sur la terre dans un corps neuf. Anchise fait défiler devant son fils tous les personnages qui vont marquer de leur empreinte l'histoire romaine, des rois d'Albe à Auguste. Pour quitter le monde souterrain, Énée emprunte la Porte d'ivoire, celles des songes trompeurs ; il rejoint sa flotte et part immédiatement pour le Latium.*



Joachim Patenier, *Charon traversant le Styx*, 1515-1524

# VIRGILE, L'ÉNÉIDE

## Texte de la séance 5

### L'ARRIVÉE EN ITALIE

### PAIX ET GUERRE

*(Énéide, Livre VII, 5-45, 148-169, 323-358, 373-405)*

At pius exsequiis Aeneas rite solutis,	5
aggere composito tumuli, postquam alta quierunt aequora, tendit iter velis portumque relinquit. Aspirant aerae in noctem nec candida cursus luna negat, splendet tremulo sub lumine pontus.	
Proxima Circaeae raduntur litora terrae,	10
dives inaccessos ubi Solis filia lucos adsiduo resonat cantu, tectisque superbis urit odoratam nocturna in lumina cedrum arguto tenuis percurrens pectine telas.	
Hinc exaudiri gemitus iraeque leonum	15
vincla recusantum et sera sub nocte rudentum, saetigerique sues atque in praesepebus ursi saevire ac formae magnorum ululare luporum, quos hominum ex facie dea saeva potentibus herbis induerat Circe in vultus ac terga ferarum.	20
Quae ne monstra pii paterentur talia Troes delati in portus neu litora dira subirent, Neptunus ventis implevit vela secundis,	



atque fugam dedit et praeter vada fervida vexit.

Iamque rubescebat radiis mare et aethere ab alto 25

Aurora in roseis fulgebat lutea bigis,

cum venti posuere omnisque repente resedit

flatus, et in lento luctantur marmore tonsae.

Atque hic Aeneas ingentem ex aequore lucum

prospicit. Hunc inter fluvio Tiberinus amoeno 30

verticibus rapidis et multa flavus harena

in mare prorumpit. variae circumque supraque

adsuetae ripis volucres et fluminis alveo

aethera mulcebant cantu lucoque volabant.

Flectere iter sociis terraeque advertere proras 35

imperat et laetus fluvio succedit opaco.

Nunc age, qui reges, Erato, quae tempora, rerum

quis Latio antiquo fuerit status, advena classem

cum primum Ausoniis exercitus appulit oris,

expediam, et primae revocabo exordia pugnae. 40

Tu vatem, tu, diva, mone. Dicam horrida bella,

dicam acies actosque animis in funera reges,

Tyrrhenamque manum totamque sub arma coactam

Hesperiam. Maior rerum mihi nascitur ordo,

maius opus moveo. 45

*La région où les Troyens ont abordé vit en paix, sous le sceptre de Latinus. Lavinia, sa fille, est recherchée par Turnus, soutenu par la reine Amata. Ce tableau serein est troublé par des signes inquiétants : les destins manifestent leur volonté par deux prodiges, interprétés comme annonceurs de domination étrangère, de gloire mais aussi de douleur. Un oracle conseille à Latinus de prendre pour gendre un étranger, qui confèrera la gloire à sa race. La nouvelle se répand comme une traînée de poudre.*

*Les Troyens au bord du fleuve font un maigre repas de fruits sauvages posés sur des galettes de blé. N'étant pas rassasiés, ils se mettent à manger aussi ces dernières. Iule en plaisantant fait remarquer qu'ils ont mangé leurs tables. Énée se souvient alors d'une prophétie qu'aurait faite Anchise et comprend qu'il parvient dans la terre promise.*

Postera cum prima lustrabat lampade terras	148
orta dies, urbem et finis et litora gentis	
diversi explorant : haec fontis stagna Numici,	150
hunc Thybrim fluvium, hic fortis habitare Latinos.	
Tum satus Anchisa delectos ordine ab omni	
centum oratores augusta ad moenia regis	
ire iubet, ramis velatos Palladis omnis,	
donaque ferre viro pacemque exposcere Teucris.	155
Haud mora, festinant iussi rapidisque feruntur	
passibus. Ipse humili designat moenia fossa	
moliturque locum, primasque in litore sedes	
castrorum in morem pinnis atque aggere cingit.	
Iamque iter emensi turris ac tecta Latinorum	160
ardua cernebant iuvenes muroque subibant.	
Ante urbem pueri et primaevo flore iuventus	
exercentur equis domitantque in pulvere currus,	
aut acris tendunt arcus aut lenta lacertis	
spicula contorquent, cursuque ictuque lacesunt :	165
cum praevectus equo longaevi regis ad aures	
nuntius ingentis ignota in veste reportat	
advenisse viros. Ille intra tecta vocari	
imperat et solio medius consedit avito.	169

*Le roi Latinus offre avec bienveillance l'hospitalité aux nouveaux venus, évoquant les liens de sa race avec celle des Troyens, dont l'ancêtre Dardanus était originaire d'Italie. Il décide de proposer à Énée sa fille en mariage, au nom des destins, qui lui prédisent un grand avenir. En gage d'alliance, il offre alors aux Troyens, de somptueux présents.*

*Junon, voyant les Troyens s'installer au Latium et consciente des limites de son pouvoir, sent s'accroître encore son dépit et sa haine à leur égard. Se sachant impuissante à empêcher les arrêts des destins, elle va néanmoins s'acharner à en retarder la réalisation, et à la contrecarrer par tous les moyens. Junon prie la furie Allecto, monstre universellement détesté, de provoquer la guerre entre Latins et Troyens.*

Haec ubi dicta dedit, terras horrenda petivit ; 323  
 luctificam Allecto dirarum ab sede dearum  
 infernisque ciet tenebris, cui tristia bella 325  
 iraeque insidiaeque et crimina noxia cordi.  
 Odit et ipse pater Pluton, odere sorores  
 Tartareae monstrum : tot sese vertit in ora,  
 tam saevae facies, tot pullulat atra colubris.  
 Quam Iuno his acuit verbis ac talia fatur : 330  
 « Hunc mihi da proprium, virgo sata Nocte, laborem,  
 hanc operam, ne noster honos infractave cedat  
 fama loco, neu conubiis ambire Latinum  
 Aeneadae possint Italosve obsidere finis.  
 Tu potes unanimos armare in proelia fratres 335  
 atque odiis versare domos, tu verbera tectis  
 funereasque inferre faces, tibi nomina mille,  
 mille nocendi artes. Fecundum concute pectus,  
 dissice compositam pacem, sere crimina belli;  
 arma velit poscatque simul rapiatque iuventus. » 340  
 Exim Gorgoneis Allecto infecta venenis  
 principio Latium et Laurentis tecta tyranni  
 celsa petit, tacitumque obsedit limen Amatae,  
 quam super adventu Teucrum Turnique hymenaeis  
 femineae ardentem curaeque iraeque coquebant. 345  
 Huic dea caeruleis unum de crinibus anguem  
 conicit, inque sinum praecordia ad intima subdit,  
 quo furibunda domum monstro permisceat omnem.  
 Ille inter vestes et levia pectora lapsus  
 volvitur attactu nullo, fallitque furentem 350  
 vipeream inspirans animam; fit tortile collo  
 aurum ingens coluber, fit longae taenia vittae  
 innectitque comas et membris lubricus errat.  
 Ac dum prima lues udo sublapsa veneno  
 pertemptat sensus atque ossibus implicat ignem 355

necdum animus toto percepit pectore flammam,  
 mollius et solito matrum de more locuta est,  
 multa super natae lacrimans Phrygiisque hymenaeis. 358



Sébastien Vrancx, *Allecto sème la discorde entre Latinus et Amata*, vers 1615 ou 1625

*Le plaidoyer d'Amata est vain. Excitée par Allecto, elle a désormais perdu le contrôle de sa raison. Son délire est communicatif. Bientôt suivie par les matrones latines, elles aussi prises d'un délire furieux, Amata préside une vraie orgie dionysiaque.*

His ubi nequiquam dictis experta Latinum 373

contra stare videt, penitusque in viscera lapsum  
 serpentis furiale malum totamque pererrat, 375

tum vero infelix ingentibus excita monstribus  
 immensam sine more furit lymphata per urbem.  
 Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,  
 quem pueri magno in gyro vacua atria circum  
 intenti ludo exercent—ille actus habena 380

curvatis fertur spatiis; stupet inscia supra  
 impubesque manus mirata volubile buxum;

dant animos plagae : non cursu segnior illo  
 per medias urbes agitur populosque ferocis.  
 Quin etiam in silvas simulato numine Bacchi                   385  
 maius adorta nefas maioremque orsa furorem  
 evolat et natam frondosis montibus abdit,  
 quo thalamum eripiat Teucris taedasque moretur,  
 euhoe Bacche fremens, solum te virgine dignum  
 vociferans : etenim mollis tibi sumere thyrsos,                   390  
 te lustrare choro, sacrum tibi pascere crinem.  
 Fama volat, furiisque accensas pectore matres  
 idem omnis simul ardor agit nova quaerere tecta.  
 Deseruere domos, ventis dant colla comasque;  
 ast aliae tremulis ululatibus aethera complent                   395  
 pampineasque gerunt incinctae pellibus hastas.  
 Ipsa inter medias flagrantem fervida pinum  
 sustinet ac natae Turnique canit hymenaeos  
 sanguineam torquens aciem, torvumque repente  
 clamat : « Io matres, audite, ubi quaeque, Latinae :                   400  
 si qua piis animis manet infelicis Amatae  
 gratia, si iuris materni cura remordet,  
 solvite crinalis vittas, capite orgia mecum. »  
 Talem inter silvas, inter deserta ferarum  
 reginam Allecto stimulis agit undique Bacchi.                   405

*Allecto finit par rendre Turnus possédé de fureur guerrière. Il pousse son peuple à faire la guerre contre Latinus et contre les Troyens. Allecto provoque un casus belli : Iule le Troyen tue un cerf apprivoisé par des Latins. Les bergers latins se muent alors en guerriers, et la guerre commence, qui bientôt embrase toute l'Italie.*

# VIRGILE, L'ÉNÉIDE

## Texte de la séance 6

### CAMILLE

(Livre VII, 803-817, Livre XI, 570-596, 648-663, 759-784, 799-831)

*Les Livres VII à XII font une large place aux combats sanglants que se livrent les Troyens, les Latins et leurs alliés. Parmi les hommes, guerriers des deux camps qui s'affrontent et s'illustrent, une jeune femme, Camille, héroïne à la tête d'une troupe de Volsques, alliés des Latins, est sans doute l'un des personnages les plus singuliers de l'épopée.*

Hos super advenit Volsca de gente Camilla	803
agmen agens equitum et florentis aere catervas,	
bellatrix, non illa colo calathisque Minervae	805
femineas adsueta manus, sed proelia virgo	
dura pati cursuque pedum praevertere ventos.	
Illa vel intactae segetis per summa volaret	
gramina nec teneras cursu laessisset aristas,	
vel mare per medium fluctu suspensa tumentis	810
ferret iter celeris nec tingeret aequore plantas.	
Illam omnis tectis agrisque effusa iuventus	
turbaque miratur matrum et prospectat euntem,	
attonitis inhians animis ut regius ostro	
velet honos levis umeros, ut fibula crinem	815
auro internectat, Lyciam ut gerat ipsa pharetram	
et pastorem praefixa cuspide myrtum.	817


*Les batailles entre Troyens et Latins se succèdent. C'est alors que survient Camille. Elle rejoint Turnus, roi des Rutules, le chef de la coalition ennemie des Troyens :*

Camille, avec son escorte de Volsques, a couru à sa rencontre, et, sous les portes mêmes, la reine a sauté de cheval; toute la cohorte l'imita, on abandonne les chevaux, on met pied à terre; alors la reine parle en ces termes : "Turnus, si le courage peut à juste titre inspirer confiance, j'ai de l'audace, et je m'engage à affronter l'escadron des Énéades, à aller, toute seule, affronter les cavaliers tyrrhènes. Laisse-moi aller en première ligne, éprouver mon bras au coeur du danger; toi, avec l'infanterie, tiens-toi sous les murs, et surveille les remparts." Sur ce, les yeux fixés sur la jeune fille qui lui inspire un frisson sacré, Turnus dit : "Ô jeune fille, honneur de l'Italie, comment te remercier ? Comment te rendre la pareille ? Mais, puisque ton courage est plus fort que tout, partageons-nous maintenant la tâche. Énée, selon la rumeur et le rapport fidèle de nos éclaireurs, a, dans sa perfidie, envoyé en avant des cavaliers armés légèrement, chargés de harceler la plaine; lui-même, franchissant par les crêtes les sommets déserts de la montagne, s'approche de la ville. Je prépare une embuscade dans un chemin creux de la forêt, et vais occuper avec des hommes en armes les deux issues du défilé. Toi, rassemble tes enseignes, et surprends la cavalerie tyrrhénienne; l'impétueux Messapus t'accompagnera, ainsi que les escadrons latins, et la troupe de Tibur; pour ta part, assume la charge de chef". (Énéide, XI, 498-519)

*Or Camille est chère à Diane. La déesse raconte à l'une de ses suivantes l'enfance aventureuse de la jeune femme, élevée par son père Métabus.*

Pendant ce temps, au royaume céleste, la fille de Latone s'adressa à Opis, la plus véloce des jeunes filles de son bataillon sacré; de sa bouche sortaient ces paroles empreintes de tristesse : "Ô vierge, Camille est en marche vers la guerre cruelle, et c'est bien en vain qu'elle est revêtue de mes armes, elle qui m'est chère entre toutes. Mon amour pour elle n'est pas nouveau, le coeur de Diane ne s'est pas ému d'une douceur soudaine. Chassé de son royaume, honni pour ses violences et sa superbe, Métabus, quand il sortit de l'antique ville de Priverne, fuyant au travers des combats et de la guerre, emporta pour compagne dans son exil son enfant nouveau-né, et lui donna le nom de sa mère Casmille, légèrement changé en Camille. La tenant contre son coeur, il cherchait à gagner les longues crêtes des forêts désertes : de partout pleuvaient les traits cruels, et l'armée des Volsques voltigeait autour de lui. Soudain, pendant sa fuite, le cours de l'Amasénus se gonfla, bouillonnant au ras de ses rives, car un orage d'une rare violence avait

déchiré les nuages. Métabus, prêt à plonger, hésite par amour pour l'enfant; il a peur pour son précieux fardeau. En pensée, il envisage toutes les solutions, et soudain se résigne à celle-ci : le guerrier en sa main puissante tenait un immense javelot, un trait solide fait de chêne nouveau et durci au feu; il y attache sa fille, enveloppée dans une écorce de liège sylvestre, et la fixe habilement au milieu de la lance. De sa droite de géant, il balance alors le trait, et tourné vers le ciel, dit : 'Bienfaisante fille de Latone, hôtesse de ces bois, voici ta servante, je te la consacre, moi, son père; elle est la première à fuir un ennemi, à travers les airs, en suppliante, avec tes armes. Ô déesse, je t'en prie, reçois pour tienne celle qui maintenant est confiée aux souffles capricieux'. Il dit, puis ramenant son bras en arrière, il brandit son trait et le lance : les ondes ont résonné, et au-dessus du fleuve au cours rapide, Camille fuit, l'infortunée, sur un javelot strident. Alors Métabus, qu'une troupe nombreuse déjà serre de très près, se jette dans le fleuve et, comme un vainqueur, retire d'une touffe herbue à la fois la pique et sa fille, offertes en présent à Trivia. Nulle cité ne l'accueillit dans ses murs, en ses demeures, (lui-même d'ailleurs était trop farouche pour se rendre), et il vécut comme les bergers dans la solitude des montagnes. (XI, 532-569)



Amilla die hoch berühmte junkfrow wirtiger gedechnus ist gewesen methabi des eltesten künigs volscorum rochte: vnd Camille syner hulfrowen: die an der geburd

Incunable allemand. Traduction du *De mulieribus* de Boccace. Vers 1474

*Le récit continue ci-dessous :*



« Hic natam in dumis interque horrentia lustra  
armentalis equae mammis et lacte ferino  
nutribat teneris immulgens ubera labris.  
Utque pedum primis infans vestigia plantis  
institerat, iaculo palmas armavit acuto  
spiculaque ex umero parvae suspendit et arcum. 570  
575  
Pro crinali auro, pro longae tegmine pallae  
tigridis exuviae per dorsum a vertice pendent.  
Tela manu iam tum tenera puerilia torsit  
et fundam tereti circum caput egit habena  
Strymoniamque gruem aut album deiecit olorem. 580  
Multae illam frustra Tyrrhena per oppida matres  
optavere nurum; sola contenta Diana  
aeternum telorum et virginittatis amorem  
intemerata colit. vellem haud correpta fuisset  
militia tali conata laccessere Teucros : 585  
cara mihi comitumque foret nunc una mearum.  
Verum age, quandoquidem fatis urgetur acerbis,  
labere, nympba, polo finisque invise Latinos,  
tristis ubi infausto committitur omine pugna. 589



Jean-Baptiste Peytavin, *Metabus et Camille*, 1808

Haec cape et ultricem pharetra deprome sagittam : 590  
 hac, quicumque sacrum violarit vulnere corpus,  
 Tros Italusque, mihi pariter det sanguine poenas.  
 Post ego nube cava miserandae corpus et arma  
 inspoliata feram tumulo patriaeque reponam. »  
 Dixit, at illa levis caeli delapsa per auras 595  
 insonuit nigro circumdata turbine corpus.

*Camille se lance dans la bataille*

At medias inter caedes exsultat Amazon 648  
 unum exserta latus pugnae, pharetrata Camilla,  
 et nunc lenta manu spargens hastilia denset, 650  
 nunc validam dextra rapit indefessa bipennem;  
 aureus ex umero sonat arcus et arma Dianae.  
 Illa etiam, si quando in tergum pulsa recessit,  
 spicula converso fugientia derigit arcu.  
 At circum lectae comites, Larinaque virgo 655  
 Tullaque et aeratam quatiens Tarpeia securim,  
 Italides, quas ipsa decus sibi dia Camilla  
 delegit pacisque bonas bellicae ministras :  
 quales Threiciae cum flumina Thermodontis  
 pulsant et pictis bellantur Amazones armis, 660  
 seu circum Hippolyten seu cum se Martia curru  
 Penthesilea refert, magnoque ululante tumultu  
 feminea exsultant lunatis agmina peltis. 663

*Mort de Camille*

Tum fati debitus Arruns  
 velocem iaculo et multa prior arte Camillam 760  
 circuit, et quae sit fortuna facillima temptat.  
 Qua se cumque furens medio tulit agmine virgo,  
 hac Arruns subit et tacitus vestigia lustrat;

qua victrix redit illa pedemque ex hoste reportat,  
 hac iuuenis furtim celeris detorquet habenas. 765  
 Hos aditus iamque hos aditus omnemque pererrat  
 undique circuitum et certam quatit improbus hastam.  
 Forte sacer Cybelo Chloreus olimque sacerdos  
 insignis longe Phrygiis fulgebat in armis  
 spumantemque agitabat equum, quem pellis aenis 770  
 in plumam squamis auro conserta tegebat.  
 Ipse peregrina ferrugine clarus et ostro  
 spicula torquebat Lycio Gortynia cornu;  
 aureus ex umeris erat arcus et aurea vati  
 cassida; tum croceam chlamydemque sinusque crepantis 775  
 carbaseos fulvo in nodum collegerat auro  
 pictus acu tunicas et barbara tegmina crurum.  
 Hunc virgo, sive ut templis praefigeret arma  
 Troia, captivo sive ut se ferret in auro  
 venatrix, unum ex omni certamine pugnae 780  
 caeca sequebatur totumque incauta per agmen  
 femineo praedae et spoliolum ardebat amore,  
 telum ex insidiis cum tandem tempore capto  
 concitat et superos Arruns sic voce precatur : 784

Ergo ut missa manu sonitum dedit hasta per auras,  
 convertere animos acris oculosque tulere 800  
 cuncti ad reginam Volsci. Nihil ipsa nec aurae  
 nec sonitus memor aut venientis ab aethere teli,  
 hasta sub exsertam donec perlata papillam  
 haesit virgineumque alte bibit acta cruorem.  
 Concurrunt trepidae comites dominamque ruentem 805  
 suscipiunt. Fugit ante omnis exterritus Arruns  
 laetitia mixtoque metu, nec iam amplius hastae  
 credere nec telis occurrere virginis audet.  
 Ac velut ille, prius quam tela inimica sequantur,

continuo in montis sese avius abdidit altos 810  
 occiso pastore lupus magnove iuvenco,  
 conscius audacis facti, caudamque remulcens  
 subiecit pavitantem utero silvasque petivit :  
 haud secus ex oculis se turbidus abstulit Arruns  
 contentusque fuga mediis se immiscuit armis. 815  
 Illa manu moriens telum trahit, ossa sed inter  
 ferreus ad costas alto stat vulnere mucro.  
 Labitur exsanguis, labuntur frigida leto  
 lumina, purpureus quondam color ora reliquit.  
 Tum sic exspirans Accam ex aequalibus unam 820  
 adloquitur, fida ante alias quae sola Camillae  
 quicum partiri curas, atque haec ita fatur :  
 « Hactenus, Acca soror, potui : nunc vulnus acerbum  
 conficit, et tenebris nigrescunt omnia circum.  
 Effuge et haec Turno mandata novissima perfer : 825  
 succedat pugnae Troianosque arceat urbe.  
 Iamque vale. » Simul his dictis linquebat habenas  
 ad terram non sponte fluens. tum frigida toto  
 paulatim exsoluit se corpore, lentaque colla  
 et captum leto posuit caput, arma relinquens, 830  
 vitaeque cum gemitu fugit indignata sub umbras.



Denier frappé sous César célébrant le mythe d'Enée et d'Anchise